

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1626**

§. 4. Aetatis aut virium defectus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

ipsa facientes, quod vocatio diuina illis suadet: & contendentes, quod possint remotius, ab Aegypto recedere; & tres itineris dies cum magna perfectione confidere; & ingredi ad interiora omnino solitudinis, ubi sua vota & sacrificia securius firmiusque Deo offerant in ea Religione, ad quam vocantur; & non in alia, nec in alio loco. Nec audiunt consilium Pharaonis, dicentis;

b ne longius abeat, sed Angelorum, qui dixerunt Loth, cum e Sodomis eum eduxissent: ne fess in omni circaregione: sed in monte saluum refac, ne es tu simul percussus, ascendens spiritu ad culmen perfectionis quam quaeris: Et quemadmodum David cum Deus illi dedissem alas columbas: quas cupiebat, ut fugere posset, ac requiescere: statim subiecit: c ecce elongauit fugiens: & mansit in solitudine: ita qui a Spiritu sancto inspirationum alas, magna que desideria accepterunt volandi ad res aeternas, & in eis quietendi: statim fugiunt mundus; & elegant se ab eo, quantum possunt corpore, & multo amplius spiritu: quod se ipios soli Deo creatori suo coniungant; relinquentes cor suum solitum, & rebus omnibus creatis exutum: manent verò in solitudine vitae religiosa, in qua ad finem usque vita perseverant: eò quod requiem & solatum habeant, quod optabant.

b Genes. 19.  
17.

c Psal. 54.8.

#### §. IV.

Astutia, aut virium defectus.

**S**ed viterius progradientur Pharaonis malitia, & astutia: qui aduertens, priores suas artes, & rationes, quas attulerat, non sufficere, ad Hebreos retinendos: adiecit, ac dixit Moysi: aite tantum viri, & sacrifice Domino: sed maneant in Aegypto mulieres, & parvuli. Sed tertia est Sathanæ astutia, qua conatur aliquos debiles decipere, dicens eis: attendite, quod status Religiosi solum sit pro viris, personis scilicet fortibus, ac robustis, qui integrantur valetudine, & corporis viribus polleant; nam debiles, iuvenes ac teneræ complexionis, quales vos estis: non expedit iter adeò asperum ac difficile inchoare: Quia non euadent.

a Exod. 10.  
ii.

b Iero. 12.5.

PRÆSTAT igitur in Aegypto remanere, vitamque tolerabilem ducere, sua debilitati accommodatam. Item in deserto illo horrendæ sunt tentationes, ac pericula, quæ non possunt euadere, nisi viri animos & valde exercitati: parvuli autem & non satis experti, tutiores sunt in seculo, ubi pugnæ sunt mitiores. b Si cum pedibus currens ( ait Ieremias ) laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? Cum igitur in terra tua, quæ est pacis, sis tutus: cur cogitas tumentes Iordanis fluctus pertransire? Vix præcepta diuina seruare potes: & audes cogitare

de ser-

c. Coe. 7.9.

d. Exod. 10.9.

e. Matt. 14.

f. Mar. 10.14.

f. Isa. 40.31

g. Mat. 6.10

h. Job. 9.4.

de seruandis Euangelicis consilijs: vix poteris tentationes ferre castigatio-  
nium in suo statu: & assumis tibi tantum, vt vincere velis pugnas & con-  
tra continentium & virginum: attende, quod Apostolus dixerit: *c. Coe. 7.9.*  
esse nubere, quam viri; & saluari in statu imperfecto; quam in valde perfecto;  
peric. Haec sunt Sathanus astutiae; contra quas praualet vocatio diuina dicta  
cum Moysi: *d. Exod. 10.9.* cum parvulus & sen: orbi exundum esset & pergendum in de-  
sum: ed quod esset solennitas Dei magna, qui volebat omnes ei olenientia  
teresse. Quae figura fuit vocationis diuina ad statum religiosum: quem  
solum viros robustos sed etiam virginis imbecilles vocat, & teneros pa-  
nulos, ut sapra est dictum. Et qui illo vocare dignatur potest, & vult viris  
fortitudinem eis conferre; ut in Statu, ad quem vocantur, ipsum sequatur.  
Si vocatis: non est quod timeas: Sed fortanimo hosti respondere potest.  
Quid agis astute serpens, vt me decipias? si haec profectio solis humani-  
ribus instituenda esset: etiam viri eis carent: si autem viribus coelestibus  
peragenda, etiam imbecilles mulieres, & parvuli habere eas possunt. Quo-  
nec eam aggrediar, ed quod sim iam vir; neque deseram, ed quod sim pa-  
vulus. Tunc sequi volo vocantem me; cuius vocatio parvulos efficit viri  
tribuens debili corpori virilem animum; & vires Dei, orpoci fictili ac de-  
bili. non timeo imbecillitatem meam: scriptum est enim: *f. Isa. 40.31* qui sperant in de-  
mino, mutabunt fortitudinem; assument pennas sicut aquila; currunt & non laber-  
bunt; ambulabunt & non deficiunt. Current, inquit, absque labore, non solle-  
tique, atque pedites: sed etiam atque equites: immo virosque in suo curu-  
perabunt: quia alas aquilæ habebunt ad volandum tam altè, vt g. faciat so-  
lentatem patris in terra sicut sit in cœlo. Si itaque possum in hoc curu cum ce-  
lestibus conferri: cur non possim cum terrenis? O callide serpens: cur mal-  
dicis, habiturum me pacem in patria mea? si enim fidem tibi adhibeo,  
vincar omnino, & succumbam sicut Adamus, licet sim in ipso paradi. In  
h. quis potest Deo vocanti resistere, & quietem pacemque aliquam haberi? u-  
mea tunc est: cum obedio Deo, & tibi resisto: & sic etiam in medijs tentacio-  
num flammis non vrar. Qui enim tres pueros liberagit de camino ignis i-  
bylonis: etiam me eripiet ab igne Luxuria: & qui præcipitis Iordanis flum  
continuit, vt electus eius populus secco vestro pertransiret: mili etiam  
transitum præbebit vita religiosa, quantumuis illa impugnetur, vt  
ad perfectionis culmen & ipsam æternam vitam  
perueniam.  
(..)